redundantia dirivata est. quae recep  
tacula ea tam continua atq; congea absor  
bere potuerunt. de quo multus nobis potest sermo  
subpetere. primū quia potuit creator omnium.  
& ipsarum terrarū spatia diffundere quod aliquate  
nus confirmantes. propria posuerunt sententia. ego  
quid facere potuerit. non praetermitto quod fecerit;  
Quod aperte scripturarū auctoritate nondidici quasi  
secretum praeter eo. Ne forte & iam hinc alias sibi  
questiones requirant; Adsero tamen secundū scripturas.  
qui potuit locorū humilia. & camporū aperta diffun  
dere. sicut ipse ait; Ante te ambulabo. & montes planos  
faciam; Potuit & iam ipsa aquarū uis profundiora ea face  
re. quae in se dederat tanto fluctuū motu. tantoq; estu  
concitatiores elementi. qui cotidie in a pelagi torque  
re. & harenas uersere soleat. de profundo quis de in de  
sciat. in quantū se illud magnū & in altū hausam nauiganti  
bus atq; in tempestatū nautis fundat mare; Quod  
britanni s; frementi in cludit a equore atq; in ulteriora.  
& ipsis fabulis in accessa secreta se porre git; Quis de in de  
non colligit. Quantū lucrino. & a uerno. in italia tiberia  
de quoq; in palestina & eilacui. qui inter palestina.  
& aegyptū arabie deserta prae tendit; Partibusq;  
diuersis augusti. atq; traiani ceterisque pum uer sum

includit ocean.

orbem infusum addiderit

hadrie ce

mare; Sed sunt & iam non confusi lacus

non

& stagna quae non misceantur fluctibus.

ut Larius & uenacis. albanus quoque aliiq; plu-  
res; quomodo una congregatio aquarū. sed quem ad mo-  
dum dicitur; quia fecit deus duo luminaria: id est solem

& lunā. cum sint utiq; & stellarū lumina ita & una

Aquarum

congregatio dicitur. cum sint plurimae; Neque enim  
adnumerantur quae non conferuntur. sed ut uideatur  
quā demari loquor bamur aliquantū & uindamur ad pro-  
positū reuertamur. & consideremus quid sit quod ait dñs;

Congregatur aqua in una congregatione & appareat arida.

& non dixerit terra quod preclare positum quis non aue-  
rat; Terra enim potest & luto esse permixta. aquis madi-

da. cuius species si per fusis aquis non appareat; Arida

autem non solum ad genus sed & iam ad speciem terrarū

referitur. Ut sit utilis. sicca habilis. & apta culturis.

simul prospectū est. Ne uideatur solem magis quā deus pre-

cept esse siccata. quia arida facta ē antequā sol crea-

retur; Unde & dauid discernens mare & terram.

Ait de dño dō; Quā ipsius ē mare & ipse fecit illud. & aridā  
manus ei fundauerunt; Arida enim & praessio naturae est.

Terra appellatio quaedam simplex negotii. quae in se ha-  
beat proprietatem; Sicut enim animal generis significa-

tio est cui inest proprium aliquid & cellens.

Rationabile autem proprium est hominis. Ita & terra potest  
 communiter dici. uel scitens aquis uel deserta  
 & inuisa & sine aqua; Ergo & illi quaesca tet aquis in  
 est ut habeat ariditatem; Remota enim aqua incipit  
 esse arida sic habes scriptum; Posuit flumina in deserto  
 & scitus aquarum insitum; Hoc <sup>est terram desertam</sup> de terra aquosa arida  
 fecit; habet ergo terram propriam qualitatem suam.  
 sic & singula elementa habent; Namque & aer  
 humidam qualitatem. & aquam frigidam.  
 & ignis calidam. & hoc est principale proprium  
 elementis singulis quod ratione colligimus; Conprehendere autem  
 sensibilibus & corporaliter si uelimus  
 uel ut composita & composita repperimus. Ut sit terra arida  
 & frigida. & aqua frigida & umida. aer calidus & humidus  
 ignis calidus & siccus. Et sic sibi per has iugales qualitates  
 singula miscentur elementa; Nam terra cum sit arida  
 & frigida. aequalitate conestitur. Aquae per cogni  
 tionem qualitatis frigidae; Et per aquam aeri. quia  
 humidus est aer. ergo aqua tamquam brachis quibus  
 dam duobus frigoris & umoris. Altero terram.  
 Altero aerem uideatur amplecti. frigido terram.  
 aere humido. aer quoque medius inter duo conpug  
 nantia per naturam hoc est inter aquam & ignem.  
 Utrumque illud elementum conciliat sibi. quia & aquis  
 humore. & ignis calore coniungitur. Ignis quoque

cum sit calidus & siccus. natura calore aeri adnec-  
titur. Siccitate autem incommune terre ac societate  
refunditur. Atque ita sibi per hunc circuitum & cho-  
rum quondam concordiae societatisque conueniunt  
unde & grece. CTOIXA. dicuntur; Quae latine ele-  
menta dicimus quod sibi conueniant & concinant;  
Huc autem progressi sumus quia scriptura ait. quod deus  
uocauerit terram aridam; hoc est <sup>quia</sup> quod principale  
eius ei nuncupauit proprietatem nature. natu-  
ralis enim proprietatis siccitas est terris;  
haec ei praerogatiua seruata est; Principalis  
ergo siccitas subest. & iam ut sit frigida; Sed non  
preferuntur secunda primis. ut autem humida  
sit. aquarum ad finitatem sociatur; Ergo illud suum  
istud alienum suum quod arida alienum quod humi-  
da. auctoritateque nature quod humida. auctori-  
tateque nature quod primo donauit hoc tenuit. quia  
istud & natura. illud & causa; De principalibus  
igitur. non & accidentibus terrae debuit proprie-  
tas definiri. Ut secundum praerogatiua qualita-  
tis eius in forma & ur nra cognitio; Et uidit deus  
quia bonum. non preterimus quia aliqui nec in hebreo  
putant esse nec in ceteris interpretationibus.  
quia congregata est aqua in collectiones suas & pa-  
ruit arida;

39  
ET UOCAUIT D<sup>s</sup> ARI DAM TER RAM  
ET COL LEC TIO NES <sup>entium</sup>  
AQUARU<sup>m</sup> UOCAUIT MARI A <sup>cula & tr</sup>

Cum enim dixerit d<sup>s</sup>. quia factum est sic. Satis esse putant uocem operatores. ad celebrat<sup>o</sup>ne operationis iudicium; Sed qui malis quoq<sup>ue</sup> creaturis habet & definitionem p<sup>r</sup>ceptionis. & repetitum operationis uel iudicium uel effectū; Ideo nos non putamus absurdum id quod perhibetur. additur & iam sic et in interpretationibus uel ueritas doceatur subpetere uel auctoritas; Multa enim non otiose a septuaginta uiris hebraice. & latine addita & adiuncta conperimus; Uidit ergo d<sup>s</sup> quia bonum mare. & sipulchra species huius elementi. uel consurgentibus albescit cumulis ac uerticibus undarum. & cautes niue arborant aspergine. uel cum aequore crispanti. clementioribus auris. & blando sereno tranquillitatis purporascentem praefert colorem. qui minus spectantibus frequenter offunditur. quando non uiolentis fluctibus uicina tundit litora sed uelut pacificis ambitet salutata amplexibus; Quam dulcis sonus. quam iocundus fragor. quam grata & consona res ultatio. ego tamen non oculis aestimatum creaturae decorem arbitror. Sed secundum rationem operationis. iudicio operatoris conuenire & congruere definitum; Bonum igitur mare primum



quia terras necessario suffulcit  
r. Siccit humore. quibus per uenas quasdam  
funditur occulte succum quendam. aut inutilem.  
subministrat. bonum mare. tamquam hospicium  
fluuiorum. fons imbrum. delibatio adluuionum.  
inuestio com meatuum. Quo sibi distantes populi  
copulantur. quo proeliorum remouentur pericula.  
quo barbaricus furor clauditur. Subsidium inne  
cessitatibus. Refugium in periculis. gratia inuolun  
tatibus. salubritas ualitudinis. separatorum comunc  
tio. Itineris conpendium. transfugium laborantium;  
Subsidium uelut galeam. sterilitatis alimentum;  
Ex hoc pluuia in terras transfunditur; Si quidem  
de mari aqua radiis solis hauritur. & quod subtile eius  
est rapitur. Deinde quanto altius eleuatur. tanto  
magis & iam nubium obumbratione frigescit. & fit  
imber. qui non solum terrenam temperat siccitatem.  
Sed & iam ieiuna arua fecundat; Quidem numerem  
in solas <sup>in solas</sup> quas uelut manilia plerumque preterit;  
In quibus hi qui se abdicant in temperantiae secularis  
in caelebris. fido continentiae proposito eligunt  
mundo latere. & uitae huius declinare dubios anfra  
ctus; mare est ergo secretum temperantiae.  
& exercitium continentiae. grauitatis successus.  
portus securitatis. tranquillitas seculi mundi huius

sobrietas. Tum fidelibus uiris atq̄ deuotis incen<sup>diu</sup>tiuū  
 deuotionis. ut cum undarum leniter alluentium sono  
 certent cantu psallentium plaudant insula & tran  
 quillo fluctuū scōrū choro. hūmīs scōrū personent;  
 Unde mihi. ut omnem pelagi pulchritudinem comprē  
 hendam quā uidit. operator. & quid plura & quid aliud  
 ille concentus undarū nisi quidam concentus ē plebis;  
 Unde bene mari plerumq̄ comparatur ecclesia;  
 Quae primo ingrediens populi agmine totis uestibus  
 undas uomit; Deinde in oratione totius plebis tam  
 quam undis refluentibus stridit. Tum responsarius  
 psalmodiū cantus uirorū mulierū uirginum paruo loq̄  
 consonus undarū fragor resultat; Nam illud quiddicā  
 quod unda peccatū abluit. & scī sp̄s aura salutaris ad  
 spirat; D & uobis dñs illa successū flumina prosperū  
 ligno currere; Tutoportus consistere. nequitiae  
 spiritalis grauior aquam ferre; Possumus tempta  
 menta nescire. fidei ignorare naufragia habere pacē  
 profundam. Et si quando aliquid sit quod grauis nobis sc̄ti  
 huius sc̄ti & fluctus. euigilantem pro nobis habere  
 gubernatorem dñm ih̄m. qui uerbo imperat. & tem  
 pestatem mitigat. Tranquillitatem maris refundat;  
 Cui est honor gloria. Laus. perpetuas a saeculis. & nunc  
 & semper & omnia saecula sc̄toꝝ amen;  
 Discendente aqua conueniebat ut species terrae

daratur & gratia. ut inuisibilis. & inconposita desine  
rit esse; Nam pleriq; & iam hoc dicunt esse inuisibi  
le. quod speciem non habet. & ideo accipiunt terram  
inuisibilem fuisse; Non quia uideri non possit a summo  
do uel angelis eius; Nam adhuc homines creati non  
erant. uel & iam pecudes. sed quia sine sua specie erant;  
Species autem terrae est germinatio & uiriditas agri.  
Unde ut inuisibilem eam & conpositam faceret dicit;

**GERMINET TERRA HERBAM FENI SEMI  
NANTES SEMEN SECUNDUM GENUS. ET LIG  
NUM FRUCTIFERUM FACIENS FRUCTUM  
SECUNDUM GENUS CUI SEMEN SUUM IN IPSO**

**M** audiamus uerba ueritatis. quae series salus est  
audientium; prima enim illa uox di singulis creatō  
<sup>incepta</sup>ris imperat gignendis. lex naturae est quae ter  
ris in omne euum remansit. futurae successioni  
datura praescriptum. quem admodum uel generan  
di uel fructificandi in reliquum usus adolascit;  
Prima itaque germinatio est. quando nascentia  
uidentur erumpere. deinde cum profecerit & eru  
perit. germen fit herba. Erba quoque ubi paululum  
adoleuerit. fit faenum. quae uelut quae uehementis uox.  
germinat terra. herbam faeni. hoc est ipsa per se  
Nullum alterius quae erat auxilium. Non cuiusquam  
indigeat ministerio; Solent enim pleriq; dicere

nisi clementior solis calor tepe fecerit terras. & quod  
 admodum radissuis fouerit non potest germinare  
 terra. & propter ea gentes. diuinum honorem deputant  
 soli; Quod uirtute calorissui terrarū pene trā sinus;  
 Sparsa q̄ foueat semina. uel rigentes gelu uenas ar-  
 borum relaxit; Audi ergo dñm uelut hanc uocem  
 emit tentem; conticeat ineptus sermo hominū qui fu-  
 turus est; faces sat una opinio. antequā solis fiat lumina  
 rē herba nascatur; Antiquior sit eius prerogatiua  
 quam solis; Nec error hominū conualiscat; Cerminē  
 prius terra quam fetus solis accipiat; Sciant homines  
 solem auctorem non esse nascentiū. Diclementi a ter-  
 ram relaxat. di indulgentia prorumpere facit fructus;  
 Quomodo sol uiuendi usum. ministratori undis. quando  
 illa prius diuinae operationis uiuificatione sunt edita  
 Quam sol in hos uiuendi usus uenirē. iunior est herbis.  
 iunior faeno. & forte mirentur aliqui. quod prius pecos  
 pabulum. quā cibis hominis sit creatus; In quo primū  
 profundū di debemus aduertere. quod & iam minima  
 quaeq; non negligat; Sic euangelizat sapientiadi. &  
 dicit; Respiciite uolatilia caeli quā non serunt. neq;  
 metunt. neq; congregant in horrea. & pater uester  
 caelestis pascit illa; Nonne uos plures estis illis; Cum  
 enī illa pascantur di gratia. nemo sibi debet de sua simplici  
 industria & uirtute blandire; Deinde quia simplicem

frugalitas  
utilitas  
abstinentia  
temperantia

uictum & naturalem cibum reliquis cibis debuit ante  
ferre; hic enim sobrietas & atis cibus est. reliqui deliciarum  
atque luxuriae; hic communis omnibus animalibus;  
cibus ille paucorum; Exemplum itaque frugalitatis  
magisterium parsimoniam est; herba simplicis uictu  
holerisque uilis. aut pomi contentus esse omnes oportet.  
quem natura obtulit. quem liberalitas di  
prima donauit; ille salubris. ille utilis cibus. qui mor  
bos repellat. qui recessus & crudelitates; Nullo ho  
minum partus labores ed diuino effusus munere; Sine  
ratione frugis. fructus sine semine; Tam dulcis &  
gratus. ut & iam replent uoluntati atque usui sit; Denique  
ad primas datus mensas. ad secundas remansit; Quidam  
creaturae huius ad terram miraculum. & sapientiae ope  
ratrix. argumentum & primam. in hac enim ger  
minum specie. & illo uirentis herbae munere. imago  
est uitae humane; Et naturae conditionisque nostrae;  
Insigne quoddam spectatur. & spectaculum elucet; Illa  
herba & flos faeni. figura est carnis humanae; Sicut  
bonus diuinitatis interpres. organo suae uocis & pres  
sit dicens; Clama quid clamabo; Omnis caro faenum.  
& omnis gloria hominis ut flos faeni; Aruit faenum.  
& flos decidit. uerbum autem domini manet in aeternum; O  
sapientia. uox humana est; Osi dicit. clama; Sed in ipso  
isaia loquitur. ille respondit. quid clamabo;

& tamquam quod loquitur <sup>queret</sup> audisset adiunxit. omnis caro  
 faenum. & uere. uir & uenim gloria hominis in carne  
 quasi faenū. & quae putatur esse sublimis. & exigua quasi  
 herba est; praematurus aut flos. caduca quasi faenum.  
 germina & uiriditatem in specie. non in fructu soliditatem.  
 hilarioris uitae. quasi flos praetendens iocunditatem.  
 breuiore spacio occasura; Sicut herba faeni quod prius  
 quam euellatur arescit. quae enim firmitudo in carne.  
 quae salubritas potest esse diuturna; hodie uideas adles  
 centem ualidum pubescentis aetatis uirtute. florentem.  
 grata specie. suauis colore. crastina die tibi facie & ora muta  
 tus occurrit. & qui pridie tibi decore formae uisus est gratia.  
 Alio die miserandus apparere; Aegritudinis alicuius infirmi  
 tate solutus; plerisque <sup>ustringit</sup> autem labor fatigat aut inopia  
<sup>uacerat</sup> acceperat. aut crudelitas uexat. aut uina corrumpunt.  
 aut senectus debilitat. aut euiratos diliciae reddunt;  
 Luxuria decolorat; nonne uerum est quia aruit faenū.  
 & flos decidit; Alius ab auisata uisq. nobilis. & maiorum  
 honestatus infulis. prosa pie ueteris. clarus insignibus.  
 amicis abundans. stipatus clientibus. utrumq. latus  
 testum. producat maximam acroducat familiam;  
 Repente aliqua accidentis periculi mole turbatus.  
 Destituitur ab omnibus. a sodalibus derelinquitur. in pug  
 naturam proximis; Ecce uerum est quia sic faenum uita  
 hominū. priusquam euellatur arescit; Est & iam

quidudum ob orbitem afluens copiarum. libertatis  
 fama per ora uolitans singulorum. claros honoribus pre  
 minens potestatibus. tribunalibus celsus; Solio sublimis.  
 beatus populis aestimatus. dum prae conu clamore deduci  
 tur. Subita rerum conuersione in eum carcere rapitur.  
 quo alias ipse detruserat. & inter reos suos. eminentis  
 paenae deflet. erumnas; Quanta pridie caterua plau  
 dentium. & inuidiosa frequentis populi domum pompa  
 detexit. & noxuna gloriose illum splendorem deductionis  
 aboleuit. ac repentinus lateris dolor effusis gaudiis.  
 luctuosam grauis successionem meroris admiscuit; Huius  
 modi est igitur gloria hominis. sicut flos faeni; Quae & iam  
 cum defertur. nihil operibus adiungit. in qua nullus fruc  
 tus acquiritur. & cum amittitur. euanescit. Omnem schenam  
 hominis. & quam desuper ob umbrabat. repente distituentis  
 & quam intus animabat. atque ut iam imitaremur hanc  
 herbam de qua ait dñs; Cermina terra herbam faeni.  
 seminans semen secundum genus. & secundum similitudi  
 nem; Seminemus igitur semen secundum genus; Quod sit  
 genus. audidicentem; Oportere nos quae referre illud diuinum.  
 si quomodo illud tractare possimus aut inuenire. quamuis  
 non longe sit ab uno quoque nostrum; In ipso enim uiuimus  
 & sumus & mouemur. sicut quidam uestrum inquit dixerunt.  
 cuius & genus sumus. secundum hoc genus. seminemus sem.  
 non in carne sed in spiritu; Non enim carnalia sed spiritalia

43  
seminare debemus. qui ad uitam peruenire uolumus aeternam; Quae est autem similitudo non ignoras qui ad imaginem & similitudinem dei factus es; herba generi respondit suo. tu non respondes generi tuo; Tritici granum sparsum terrae. generi sui gratiam reddit. & tu degeneras fruges. non ad alterant sui sinceritatem seminis. tu adulteras puritatem animae. uigorem mentis. corporis castitatem; Non agnoscis opus esse te christi; Mambus suis ut legimus. te ille formauit; Et tu manicheae aduulterum tibi ad seiscis auctorem; pater dei dicit ad filium. faciamus hominem ad imaginem. & similitudinem nostram. & tu foetianae dicis. quia in constitutione mundi adhuc non erat christus; & tu euomianae dicis quia dissimilis est patri filius; Nam si imago non dissimilis utique sed totum & toto & exprimens patrem. quem pater substantiae suae unitate signauit; pater dicit faciamus. & tu cooperatorem negas; Quod dixit pater. filius fecit. & aequalem negas. in quo conplacuit pater; Cernit & inquit terra herba faeni secundum genus. in omnibus que dicuntur. nascentia terrae. primum germinum est. Ubi se paulolum sustulerit fit herba; postea faenum. inde fit fructus; Sunt nascentia quae de radice germinant. ut arbores quae non sunt sate. & aliarum arborum radice nascuntur; In harundine uidemus quomodo in extremo eius uelut quidam fit nodus elatere. unde alia harundo germinat; Est ergo in radice uis quaedam seminaria. insatiua



quoq; in superioribus germinant; Aliis ergo a radice.  
aliis diuerso munere series successionis acquiritur; Inest  
enim nascentibus singulis. aut semen. aut uirtus aliqua  
seminaria! Et ea secundum genus. ut quod nascitur & ea  
simile eorum que sata sunt. uel quorum de radice sic germi-  
na; De tritico. tritico. de milio milium. de pyro pyrus.  
albo flore prorumpit; Castanea quoq; surgit de radice  
castaneae; Germinat inquit terra herbam faenis secundum  
genus. & continuo parturiens terra. nouos se fudit in par-  
tus; Induit se amictum uiriditatis. gratia fecunditatis  
adsumpsit. diuersisq; compta germinibus. proprios  
suscepit ornatus; Miramur quod tam cito generauerit;  
Quanto maiora miracula sunt. si & pelves singula. quem  
admodum uel iacta in terra seminare soluantur.  
ac nisi mor tua fuerint. nullum fructum adferant; Si  
uero fuerint quadam sui morte resoluta. in uberiores  
fructus resurgant; Suscipit igitur granum tritici  
putris gleba. & sparsum cohibet occasio. ac uelut ma-  
no terra gremio fouet & comprimit. inde cum se granum  
illud resolverit. herbam germinat. grata ipsa iam  
species herbescentis uiriditatis. que statim genus  
satiui similitudinem sui prodit. ut in ipso suae stirpis  
& scordio cuius generis herba sit recognoscas. atq; in her-  
bis fructus appareat. paulatimq; adolescit ut fenum.  
culmoq; pubescens erigitur & adsurgit; at ubi se genicula  
TA

iam spica sustulerit. uaginae quaedam futurae frugi  
 parantur in quibus granū formatur interius. ne tene  
 ra eius primordia. aut frigus laedat. aut solis aestus  
 &curat. aut uentorū inclementia uel imbrum  
 uis se uadecutiat. Succedunt quidam ordines. spicae  
 mirabili arte formati. uel ad speciem grati uel ad tu  
 tamen nexu quodam inter se naturalis conligationis  
 adstricti. quam prouidentia diuina formauit. & ne fru  
 ges numerosiores respondere uelut quaedam cedat ful  
 tura culmorum. uaginae quibusdam ipse culmus inclu  
 ditur. ut geminatis uiribus frugem possit multiplicē  
 sustinere. Ne impariter ueretur uelut interram;  
 Tum supra ipsam spicam uallum struitur aristarum.  
 ut quasi quadam in arce pre tendat. ne a uirum minorum  
 moribus spica suis &uatur fructibus. aut uestigis pro  
 teratur; Quid dicam quem admodū clementia di humane  
 prospexerit. utilitati. feneratorum terra restituit quod  
 acceperit. & usuram cumulo multiplicatū homines saepe  
 decipiunt. & ipsa feneratorum suū sorte defraudant.  
 terra fidelis manet; Et si quando non soluerit. si sorte  
 aduersata fuerit. frigoris inclementia aut nimia siccitas  
 aut inmensa uis imbrum. alio anno superioris anni damna  
 compensat. ita & quando prouentus spem destituit agricolae.  
 nihil terra delinquet & quando arida & ubertas faecunde  
 matris separatus effundit. ut nunquam ullam dispendium

suo inferat creatori; Quae uero species pleni agri. qui  
odor quae sua uitas. quae uoluptas agriculturalium. quid  
digne explicare possumus. si nostro utamur alloquio;  
Sed habemus scripturae testimonia. quibus agri suaui-  
tatem. benedictioni & gratiae sanctorum aduertimus compara-  
tam. Dicente sancto isaac. odor filii mei. odor agri pleni;  
Quid igitur describam. purporascentes uioles. candida  
lilia. putilantes rosas. depicta rura. nunc aureis nunc  
uaporis. nunc lacteis. lacteis floribus. in quibus nescias  
utrum species amplius florum an uis odor adlectat;  
Pascuntur oculi grata & spectaculo. longe lateque  
odor spargitur cuius sua uitate complemur. unde diui-  
nae dominus ait. & species agri mecum est; Cum ipso est enim  
quam ipse formauit. quis enim alius artifex possit tan-  
tam rerum singularum exprimere uenustatem; Con-  
siderate lilia agri quantum sit candor in foliis. quem ad-  
modum stipata ipsa folia ab imo ad summum uideantur  
adsurgere. ut scyphi exprimant formam. ut auri quaedam  
species. intus effulgeat; Quae tamen uallo incircuitu.  
floris obseptanullipateat iniuriae. Siquis hunc florem  
decerpat. & sua soluat in folia. quae tantum est artificis  
manus quae possit lili speciem reformare. quis tantus  
imitator naturae. ut florem hunc redintegrare pre-  
sumat; Cui dominus tantum testimonium reddit ut dicitur;  
Nec salamon in omni gloria sua sic uestiebatur sicut

unum existis; Rex opulentissimus. & sapientissimus in  
 ferior iudicatur. quam huius floris pulchritudo est;  
 Quid numerem succos herbarum salubres. quid uirgultorum  
 ac foliorum remedia. ceruus eger ramusculos oliuae adit  
 & sanus fit. locusta quoque folia oliuae adrosa liberant  
 ab aegritudine. rubi folia superiacta serpenti. in-  
 terimunt eum; culices non tangunt nisi absenti her-  
 bam oleo coquant. & eo te perunxeris; Sed forte dicat ali-  
 quis. quod cum utilibus & iam letalia & pernitiosa gene-  
 rantur. cum tritico conium. quod inter alimenta uitae  
 noxium reperitur. & nisi praeuisum fuerit consuevit  
 saluti nocere. inter alia quoque nutrimenta uitae  
 helleborus deprehenditur. aconita quoque fallunt frequen-  
 ter & decipiunt colligentem. sed hoc ita est ac si reprehendas  
 terram. quia non omnes homines boni. sed quod plus est  
 accipe. qui non omnes boni angeli in caelo; Sol ipse pre-  
 nimio calore spicas torret. Adur & auge ignentium  
 prima & cordia; luna quoque uiantibus iter monstrat.  
 latronum prodit insidias; Num igitur dignum est. ut in  
 his que utilia sunt post habentes conditoris gratiam confi-  
 teri. ne propter aliqua alimentorum noxia creatoris  
 prospicientia derogemus. quasi uero omnia gulae causa  
 debuerint pro creatori. aut exigua sint quae uentri  
 nostro diuina indulgentia ministrauerit; Definitae  
 nobis escae sunt. & nota omnibus quae uoluptatem generent.

Cervus  
 oliua  
 locusta.  
 Serpens  
 rubus  
 Culices  
 absinthium

Conium.

Helleborus  
 Aconita

& corporis salubritatem. singula autem eorum quae generantur  
et terris. specialem quandam rationem habent. quae prouide<sup>1</sup>  
portione compl<sup>n</sup> & uniuersa plenitudinem creature; alia ergo esui. alia alina<sup>1</sup> nascuntur  
usui. nihil uacat nihil inane germinat terra quod tibi putas inutile alius utile est. immo ipse tibi frequenter alio est usui utile. quod escam non adiuuat. medicinam suggerit. & si epe eadem quae tibi noxia sunt. aut auibus aut feris innoxium ministrant pabulum; denique sturmi uescuntur. conium nec fraudi est eis. quoniam qualitate sui corporis uenenum succi aetali euadunt. frigida enim uis eius est succi quam subtilibus poris. in cordis sui sedem ducentibus. praecoci digestionem praeueniunt priusquam uitalia ipsa per tempta;  
**H**elleborum autem peritilocuntur. escam esse & alimonia coturni. cum eo quod naturali quodam temperamento sui corporis uim pabuli nocentis eui tent;  
Et enim si ratione medicinae plerumque ad salubritatem humani quoque corporis temperatur cui uideatur esse contrarium. Quanto magis proprietate naturae ad cibum proficit quod medicinali manu conuertitur ad salutem; Per mandragoram quoque somnus frequenter arcessitur. ubi uigiliarum egri adfluctantur incommodo; Nam quid de oppio loquar. quod & iam nobis cotidiano prope usum notum. quoniam dolores eo grauissimi

H

sturni  
conium.

elleborum

mandragora.

oppio

internorum saepe <sup>ritudin</sup> uiscerum sopiuntur;  
 nec illud praeterit. quod <sup>conio</sup> plerumque furo  
 res libidinum maruerunt. & ellebero uetustae pas  
 sionis egrum corporis sunt soluta; Non solum igitur.  
 nulla in his reprehensio creatoris. sed & iam incrementum est  
 gratiarum; Siquidem quod ad periculum putabas esse gene  
 ratum. ad remedia tibi salutis operatur. nam & id quod  
 periculi est. per prouidentiam declinatur. & id quod salutis.  
 per industriam non amittitur;

conio libido

eger ellebo

An uero oues & caprae eaque sibi noxia sunt declinare  
 didicerunt. & solo odore per quodam naturae  
 mysterium. cum sint rationi saepe res. ratione tamen  
 euadendi periculi uel tuendae salutis agnoscunt.

Noxiaque pariter ac profutura distinguunt. Ita ut ple  
 rumque cum armata uenenis tela <sup>inferunt</sup> inferunt. notas pete  
 re herbas atque his remedium uulnery dicantur adhibe  
 re. cibus illis ergo medicina est. ut resilere sagittas  
 uideas uulnere. & fugere uenena non serpere; Denique  
 ceruis cibus uenenus est. coluber ceruum fugit. Leonem  
 interficit; Draco <sup>elephantum</sup> ligat. cuius ruina mors  
 uictoris est; Et ideo summae utrinque certatur. ut ille  
 pedem alligat in quo casus ui. At sibi nocere non possit.  
 Iste ne posteriore & tremus pede aut calli capiatur  
 angusto. Ubi uel ipse senonque auctor quere. & draconem  
 graui proterere uestigio. uel sequentis elephantia auxiliu

ferre qd her  
bas uincat.

coluber leo.

Draco. Elefant

non habere; Ergo in singulis inrationabilia animalia  
non norunt quibus sibi curar aut medicentur herbis.  
aut subsidus opem adferant homo nescit. cui rationabi-  
lis sensus in nascatur. aut tam alienus auerſo est. ut quae  
cuique aptasint usui. minime deprehendat. aqua naturae  
ingratus bonus. ut quum taurini haustus sanguinis. lacalis  
est homini. propter ea putat laboriosum animal. aut  
nasci non debuisse. aut sine sanguine debuisse generari.  
cuius uirtus ad cultum agrorum utilis. ad usum plastro-  
rum habilis. ad alimoniam sua uis. diuerso munere fulcit agri-  
culas. quibus deus si bona sua norunt uniuersa donauit dicens.  
germina terra herbam faenisspirans semen secundum  
genus. non solum enim spontaneam alimoniam comprehendit  
quae est in herbis & radicibus atque arborum reliquisque  
fructibus. sed etiam eam quae industria comparatur. & cul-  
tu rusticam laboris acquiritur; quae decorum autem quod  
non statim fundere terras semen iussit & fructus. sed pri-  
mo germinare Deinde herbescere campos statuit. post  
ea secundum proprietatem sui generis semen adlescere;  
Ut numquam arborum uacare gratia quae grato primum  
decore uernare. et post ea fructuum suggerat utilitatem;  
Sed forte quis dicat. quomodo secundum genus terra pro-  
fert semina. cumplerumque semina iusta degenerent. & cum  
bonum triticum fuerit seminatū. de color eius species inferi-  
ori forma reddatur; Sed hoc si quando accidit non adtrans

Sanguis  
auri

lationem generis. sed ad egritudinem quandam & inaequa-  
 litatem seminis uidetur esse referendum; Non enim  
 desinit esse triticum. si aut frigore aduratur. aut imbre  
 madidetur; Sed specie magis quã genere colore quoq;  
 & corruptione mutatum; Deniq; frequenter madidata  
 frumenta. in sui generis speciem reuertuntur. si aut sole  
 aut ignibus torreantur. aut diligentibus commissa  
 cultoris. aeris temperie. terrarumq; feracium uber-  
 tate foueantur. itaq; reparatur in sebole quod de gene-  
 ra uerat in parente; unde non periclitamur ne p<sup>er</sup>cep-  
 tum illud di cuius usus natura emolebit. in reliquũ succe-  
 sionis uitio destitutum sit. cum hodieq; in seminibus gene-  
 ris sui incertitas reseruetur; Nam lolium & reliqua ad  
 ulterinae aquae frugibus saepe miscentur zizania nuncupant  
 euangelii lectione cognouimus. sed ea propriũ quoddam genus  
 habent. Non & tritici semine in aliud genus seminis decor<sup>lo</sup>  
 mutatione translata degenerẽ traxere naturam; Deni-  
 q; hoc docet dñs dicens; Simile est regnũ caeloru homini  
 qui seminauit bonũ semen in agro suo; Cum aut dormirent  
 homines. uenit inimicus eius & sup seminauit zizania sup  
 triticũ; Aduertimus utiq; quod zizania & triticum. ut no-  
 minibus. ita & genere uideatur esse discrepũ; Deniq;  
 serui dixerũ ad patrem familias; Dñe nonne bonũ semen  
 seminasti in agro tuo. unde ergo habet<sup>et</sup> zizania; & ait illis.  
 inimicus homo hoc fecit; Aliud enĩ semen est diaboli



Aliud semen est xpi quod seritur ad iustitiam; Denique  
aliud filius hominis. aliud diabolus seminauit; Ad hoc diuer-  
sa natura. utriusq. seminis. ut contrarius seminatar  
sit; Quod seminat xps regnum est di. quod seminat diabolus  
peccatum est; Quomodo igitur potest unius generis esse  
regnum atq. peccatum. sic est inquit regnum di. quem admodum  
si homo iactat semen super terram. est & homo qui seminat  
uerbum de quo scriptum est; qui seminat uerbum seminat.  
hic homo uerbum seminauit super terram. quando dixit.  
germina & terra herbam & subito terrarum germina pul-  
lula uerunt. & diuersae rerum species refulserunt;  
Hinc pratorum uirens gratia abundantiam pabuli minis-  
trauit. inde camporum spica flauiscens. imagine pelagi  
fluctuantis comatione segetis uberioris & pressit;  
spon te omnis fructus terra suggestit. & si arata sine cul-  
tore esse non poterat. nondum erat formatus agricola;  
In arata tamen optimis messibus redundabat. & aut dubi-  
to an maiore prouento. siquidem nec cultoris desidia terra-  
rum destituere poterat ubertatem. nunc enim fecunditas uni-  
cuique pro merito laboris adquiritur. ubi cultus & spectatur  
agrorum. & negligentia uel offensa aut diluuiis pluuiarum  
aut terrarum ariditatibus aut grandinis iactu. aut qua-  
cumque & causa soli uberis sterilitatem uultatur; Tunc  
aut prouentu spontaneo. terra fructus locis omnibus inue-  
hebat; Quam is preceperat. qui uniuersorum est plenitudo;

Verbum enim di. fructi ficabat interris necullo adhuc  
 erat terra damnata maledicto, antiquiora mundi nascentis  
 scordia quā nostra peccata sunt. & recentior culpa  
 propter quam condamnati sumus. in sudore uultus nri  
 panem manducare. alimenta nescire; Denique hodie facun-  
 ditas terrae ueterē affluentiam spontaneo usu fertili-  
 tatis operatur; Quam multasunt enim quae adhuc sponte  
 generantur; Sed & iam in his ipsis quae manu queruntur.  
 magna & parte manent nobis diuina beneficia ut frumenta  
 ipsa quiescentibus inferantur. quod propositae doctae & lectionis.  
 & exemplū dicente dño; quia sic est regnū di. quem admodum  
 si qui ialta & semen super terrā & obdormiat, inquit & surgat  
 nocte & die & semen germinat & incresecat dum nescit ille  
 ul tro enim terra fructificat; primo herbam. deinde spicam.  
 deinde plenū triticū inspica. & cum produxerit fructū. statim  
 mittit falcē quā ad est messis; Dormienti igitur tibi homo  
 & nescienti. fructos suos ul tro terra producit; Dormis & surgis  
 & frumenti per noctem incrementa miraris; Diximus de her-  
 ba faeni. nunc dicamus de ligno fructuoso. faciens fructum  
 secundū genus. cuius semen est in ipso; Dixit & facta sunt & subito  
 ut supra floribus herbarumque uiriditatibus. ita hic nemori-  
 bus terra uestita est. concurrerunt arbores consurgere  
 siluae. uertices repente montium frondeſcunt; hinc pinus. hinc  
 cypressus in alta sese tulerunt cacumina. cedri & piceae  
 conuenerunt. abies quoque non contenta terrenis radicibus

atq; aërio uertice & iam casus marinos tuto subitura  
re migio. nec solum uentis sed & iam fluctibus certatura  
processit. Nec non & laurus adsurgens. odorem suū dedit  
numquā suo & uenda uelamine. Umbrosae quoq; ilices  
uerticem pro tulerunt in horrentem comam. hibernis quo  
q; temporibus seruaturae. hoc enim in singulis prouilegiū  
natura tenuit. in reliquū quod subiectū mundi surgentis  
accepit. & inde manū sua ilicibus praerogatiua manū quo  
cupraessi. sicut nulli uenti eas crinis sui honore despolient;  
Surrexerat ante floribus inmixta terrenis sine spinis rosa.  
& pulcher rimus flos sine ulla fraude uernabat. post ea  
spina sepsit gratiā floristam quā humane speculū praefertens  
uitae quae suauitate per functionis suae finitimis curarū  
stimulis sepe conpungat; Vallata ē enī elegancia uite nr̄e  
& quibusdam sollicitudinibus obsepta. ut tristitiae adiuncta  
sit gratia; Unde cum unusquisq; aut suauitate rationis.  
aut prosperioris cursus successibus gratulatur. Meminis  
se culpa eū conuenit. per quā nobis in para dyssi amoemitate  
florentibus. spinae mentis animaeq; sentes. iure con demna  
tionis adscriptisunt. inrutilis igitur licet ohomo aut splendo  
re nobilitatis. aut fastigio potestatis. aut fulgore uirtutis.  
semper tibi spina proxima est; semper inferiora tua respice.  
si sup spinas germinas. Nec prolixa gratia manet. breui unus  
quisq; decursu aetatis flore marcescit; Sane ut caduca tibi  
noueris. communia esse. cū floribus. ita & iam laeta cū uertibus

Rose  
spina

quibus generatur uinū quo cor hominis laetificatur;  
 Atque utinā o homo huius generis imiteris & exemplum. ut  
 ipse tibi letitiā iocunditatemq; fructifices. In te ipso suau-  
 tatis tuae gratiā ē. & te in te manā. intus tibi idē ē.  
 in te ipso querenda iocunditas tuae est conscientiae; Ideo  
 ait; bibe aquā de uis uasis & de puteorū tuorū fontibus; primū  
 omnium nihil gratius florentis odore uitis; siquidem deflo-  
 re earum succus & pressus poculi genus conficit quod & uoluptati  
 & salutis sit; Deinde quis non miratur, & acini uinatio. uitem  
 usq; in arboris summū cacumen prorumpere. quā uelut  
 quodam amplexu fouet. & quibusdam brachis ligat. & circumdat  
 laceratis. pampinis uestit. seris coronat. uarūq; ad imita-  
 tionem uitae nr̄ae. primum uiuā defigit radicem; Deinde  
 quia natura flexibilis & caduca est. quasi brachis quibusdam.  
 ita clauiculis quidquid comprehendit stringit. His quise  
 erigit & ad tollit. huius est similis plebs ecclesiae. quae uelut  
 quaedam fidei radice plantatur. & reprimi tur humilitatis  
 propagine. de qua pulchre ait propheta; uineam & egypto  
 transtulisti & plantasti radices eius & replesti terrā. ope-  
 ruit montes umbra eius & arbusta eius cedros di. & tendisti  
 palmites eius usq; ad mare & usq; ad flumen propagine eius;  
 Et per esaiam ipse dñs locutus ē dicens; uinea facta ē dilecto  
 in cornu in loco uberi. & mactetiam circumdedit. & circum  
 fodi uineam sorech. & aedificauit turrem in medio eius;  
 circumdedit enī uelut uallo quodam caelestiū p̄ceptorum

VITIS.

& angelorū custodia; inmittit enī angelus dñi in circuitu  
timen tium eum; posuit in ecclesia uelut turrem aposto  
lorū & prophetarū atq; doctorū qui solent pro ecclesiae  
pace prae tendere; & circum fodit eam quando & oneravit  
terrenarum mole curarum; Nihil enī magis me ntem  
onerat quam istius mundi sollicitudo & cupiditas uel pecu  
niae uel potentiae; quod tibi demonstratur in euangelio  
cum legis; quia illa mulier quae habebat spm infirmitatis  
inclinata erat. Ut sursum respicere non possit; curvata  
erat enim eius anima quae inclinabatur ad terrena con  
pendia. & caelestem gratiā non uidebat. Respexit eam ih̄s.  
& uocauit & statim mulier onera terrena deposuit; His  
cupiditatibus & iam illos oneratos fuisse demonstrat qui  
bus ait uenite ad me om̄s qui laboratis & onerati estis & ego  
uos reficiam; Ergo illa mulier anima mulieris quasi  
circum fossa respirauit & erecta est; sed eadem uitis ubi  
circum fossa fuerit religatur & erigitur; ne re flectatur  
inter<sup>ram</sup> reciduntur alia <sup>sacramenta</sup> sacramenta. alia propagan  
tur; <sup>reguntur</sup> ea quae inani effusione luxoriant propagantur ea quae  
bonus agricola iudicauerit fructuosa; Quid ego ad minicolo  
rum ordines <sup>ali</sup> iugationesq; describam; gratiā quae uere  
atq; manifeste aequalitatem docent in ecclesia esse ser  
uandam; ut nemo diues & honoratus <sup>se</sup> & tollat; Nemo pauper  
deiciat. Ignobilisq; <sup>uuu</sup> disper & omnibus sit in ecclesia parat  
q; una libertas. omnibus in p̄t̄iatur iustitia cōmunis

& gratia. & ideo turris in medio est. quae exemplū de illis  
 rusticanis. De illis cir cum ferat piscatoribus. qui uirtutum  
 arcē tenere meruerunt. quorum exemplis noster erigatur  
 adfectus; Neq̄ humilis & dispicibilis iaceat; Sed unius cuiusq̄;  
 mens ad superiora se subrigat. & audiat dicere. nostra autem  
 conuersatio in caelis ē. unde nequi <sup>hui</sup> pro cellis saeculi possit  
 reflecti & tempestate deduci. clauiculis illis & circulis quasi  
 amplexibus caritatis proximus quoq̄ completitur & in eo  
 cognitione requiescit; Caritas est igitur quae nos superio  
 ribus nectit caeloq̄ inserit. qui enim manet in caritate.  
 deus in eo manet; Unde dñs ait. manete in me & ego in uobis. sicut  
 palmet non potest fructū adferre absens si manserit in uita. **VITIS**  
 sic & uos si in me non manseritis. ego sum uitis. uos palmitis  
 estis; Evidenter igitur exemplum uitis ad nostrae uitae  
 institutionem arces recendum esse signauit. quae primū  
 ueris tepe facta temperis germinare perhibetur; Deinde  
 seipsis sa r mento rū articulis fructum emittere. De quibus  
 oriens uua formatur. paulatimq̄ augetur in maturi par  
 tus retinet acerbitatem. nec potest nisi matura iam & cocta  
 dulcescere. uestitur interea uiridantibus pāpinis uirya quibus **t uinu**  
 & aduersum frigus omnemq̄ iniuriam non seiguo munitur subsidio.  
 & a solis ardore defenditur; Quid autē eo uel spectaculo gratius  
 uel fructus est dulcius uidere. serpta pendentia uelut quae  
 dam speciosi raris manilia. carpere uuas. uel aureo colore  
 uel purpureo pendentem. Hyachintas. ceterasq̄ gēmas

fulgere existimes. coruscare indicus. albarum enim are  
gratia; Nec aduertis & huius admone rite homone in maturas  
fructus tuos dies supremus inueniat. aut plene tempus aetatis  
opera imperata deducant. acerbus enim fructus amarior esse  
consuevit. nec potest dulce esse. nisi quod ad maturitatem per  
fectionis adoleuerit; Huic uiro perfecto. nec figus horri  
d. e mortis. nec sol iniquitatis nocere consuevit. quia  
obumbrat ei gratia spiritalis. & omnia mundana & cupidi  
tatis & corporee libidinis restinguit in cen dia defendit  
ardores; Lau dent te qui cum qui conspiciunt agmina  
a ecclesijs uelut quaedam palmitu ser tamirentur;  
Spectent singuli fidelium. pulchra animarum manilia  
delectentur maturitate prudentie. splendorem  
fidei. confessionis decorem. iustitiae pulchritudinem.  
uber tatem misericordiae. ut dicatur tibi. uxor tua sicut  
uitis abundans. in lateribus domus tuae. <sup>peto te</sup> ego quod redundan  
tia uitis fructifere copiosae munere liberalitatis imite  
ris; Sed quid ego in solo uite in moror. cum omnia genera  
arborum utilia sint. alia ad fructum nata. alia ad usum data;  
Nam & quibus non est fructus uberior. tamen usus preciosus est;  
**C**edrui suspendendis tectorum apta culminibus eo quod  
huiusmodi materies & pro cera sit spatius. nec onerosa  
parietibus. lacunariibus quoque commendandis que  
fastigiis habilis est. cy pressus. unde & ecclesia dicit incanti  
cis. trabis domorum nostrarum cedri. lacunaria nostra

cedrus

cupressus

57  
cu pressi. in his esse declarans decora sui ornamenta fastigii.  
qui quasi trabes uerticem ecclesie sua uirtute sustineant.  
& fastigiū eius & cornent; Laurus & palma ad insignae uic  
topie. lauro uictorū capita coronantur. palma manus  
uictricis ornatus ē; Unde & ecclesia ait; Dixi ascendam  
in palmam. tenebo altitudines eius. que eminentiā uidentis  
uerbi & sperans quod ad eius altitudinem possit ascendere  
& scientiæ summitatem; Dicit. ascendam in palmam. ut  
omnia relinquat inferiora & ad superiora conueniat ad bra  
chium xpi. ut. suauis eius fructus carpat & gustet. suauis  
enī uirtutes ē fructus; Populus quoq; coronis arbor  
umbrosa uictricibus. & salix lenta uitibus habilis uincien dis.  
quid aliud mysticæ declarant nisi bona esse xpi uincula  
quæ nocere non soleant. uincula gratiæ. uincula castitatis.  
ut unusquisq; suis uinculis gloriatur Sicut & gloriabatur  
& paulus dicens. paulus uinctus ihu xpi his legatū uinculis  
dicebat; Quis nosse parauit a caritate xpi ihu; Uinculis  
abstinentiæ. uinculis caritatis. his legatus uinculis & iam  
dauid ait. in salicibus in medio eius suspendimus organa  
nrā; Buxus quoq; elementorū apicibus <sup>apertis</sup> utilis & <sup>per</sup> pri  
mendis. leui materia usum manu puerilis informat;  
Unde ait scriptura. scribe buxos simul ut admoneat te ipsa  
materia. quæ semper uir & nec unquam spei. nec unquam  
foliis & ueris suis; Ne unquam spei tuæ dissimulatione nude  
ris. sed semp tibi per fidem germinet & spem salutis;

laurus

Populus.

Salix

Buxus



Quid ego nunc rem quanta uas&as arborum. quā diuersus  
in singulis & pulcher ornatus. quam patulae fagi. quam pro  
cerae abietes. quam comantes spinus. quam umbrosae ilices.  
quam populibicolores. quam nemorosa & redi uiua castanea.  
quae simul ut excisa fuerit. tamquā silua & populare consue  
uit. quem admodum in arboribus ipsis a&as aut senilis aut  
nouella depraehenditur. iunioribus enī & ciliore ramian  
tioribus ualidiora & nodosa sunt brachia. illis folia leuiga  
ta atq; diffusa quae senili atq; emortua radices successio  
nem sui si forte cedantur reparare non nouerint. aliae  
quibus aut iuuenta sunt & aut natura fecundior est. quib;  
& excisio lucro potius quam detrimento fit. ut per plures sui  
redi uiua successione renouentur heredes; est & iam quod  
mireris. ipsis & secus in pomis est descretio. Secus in arbori  
bus. nam uideas palmarum quaedam tylos generat. plerūq;  
inclinantē ramos suos & subiacentem concupiscentiae  
atq; amplexus speciem praetendentē ei arbori quam  
marem appellant. pueri rusticorum. illa ergo palma fae  
minea est. & secus suum subiectionis specie confitetur.  
unde cultores lucorum praeriaciunt ramis eius dactylos  
uel palmarum. Semina masculorum. quibus illi faemine  
arbori. uelut quibusdam sensibus perfunctionis infundi  
tur & expectati concubitus gratia representatur.  
Quomodo ē donata rursus erigitur. & eleuatos ramos  
suos. & in ueterem statū comansuā. rursus at tollit;

Dactylus

H

De fico quoque eadem est opinio. ideoque plerique secundum  
 domesticam & fructiferam ficum. agrestem ficulneam  
 feruntur inserere. eo quod cito fructus faecundae illius  
 & domesticae ficus uel aura temptati aliqua. uel est de  
 fluere referantur in terram. unde signari huius remedium grus  
 sos arboris agrestis. aligatis ad illam feracem arborem me  
 dentur eius infirmitati. ut possit fructus proprios reser  
 uare. lamiamque si deforent remedia lapsuros; quo admo  
 nemur uelut quodam enigmatae naturae. non refugite  
 eos quia nostra fide & consorcio separati sunt. eo quod & gentilis  
 quis fuerit adquisitus. quo grauior fuerit adsertor erroris.  
 eo uehementior possit fidei defensor existere. & si quis de he  
 ræticis conuertatur uel ut confirmet eam partem in qua  
 se conmutata opinione contulerit. maximas si habeat  
 aliquod directum naturae. ut uiuida eius possit esse sententia.  
 Si ad minicule tur ei ad tencio sobrietas. obseruancia casti  
 tatis; profunde ergo circa eum studium tuum. ut similitudi  
 ne fructiferae illius ficus. de presentia & coniunctione  
 agrestis illius arboris. tuam possis corroborare uirtutem;  
 Ita enim tua nec dissoluitur intentio. & diligentia fruc  
 tus & gratiae reseruabitur; Quam multa sunt autem  
 quae doceant naturalem duritiam. posse diligentia studioque  
 temperari. quibus adfert cultus ruralis exemplum;  
 Nam plerumque cito florent mala granata & fructum  
 adferre non possunt. nisi congruis peritorum remediis

F

pr<sup>o</sup> p<sup>ro</sup>secutor  
 erit doctor

Eunica mala

& colantur. plerumq̄ succusua nescit interior. & fo-  
ris species eius pulchra præ tenditur. quae non in mæsto  
comparatur ecclesie. ut habes in canticis ad ecclesiam  
dictum. ut cor tæ mali punicigenae tuae & infra.  
Si floruit uitis. floruerunt mala granata. ecclesia  
enī bonū fidei fulgorem confessionisq; præ tendit. tot  
mar tÿrū sanguinē pretiosa. & quo est amplius xp̄i  
cruore dotata simul plurimos intra se fructus. usui stius  
pomi sub una munitione conseruans. & uirtute nego-  
tia multa complectens. sapiens enī spū celat negocia;

### DE AMIGDALO;

**A**migdalus quoq; hoc genere medicari feruntur agri-  
cola. ut & amaris dulces fructus fiant. ut terebrent  
eius radicem arboris. & in medium inserant surculum  
eius arboris quam greci; **peuchen**. nos piceā dicimus.  
quo facto. succi amaritudo deponitur; ergo si agricultura  
conuertit stirpium qualitatis. nonne studia doctrinae  
& disciplinae ad tentio. mitigas possunt quolibet aegritudi-  
nis passionum. Nemo ergo positus uel in adulescentiae uel  
in temperantiae lubrico. de sui conuersione desperet. lig-  
na plerumq; in melioris uertuntur usus. & non possunt  
hominū corda mutari; Docuimus non solum inter diuer-  
si generis arboris esse fructuū diuersitatis. sed plerūq;  
in eadem speciei arborū conpugnare sibi fructus; alia  
enim species masculorū. alia femin. eorum fructuum

Radix  
terebrat

sicut de dactylis supra diximus; quis autem possit comprehendere  
 uarietatem speciem gratiamque pomorum singularum quoque  
 utilitatem fructuum suorumque proprietatem quae cuique  
 rei apta uideantur. quae admodum egris uisceribus hominum *amara poma*  
 amara proa poma medicentur. & in inflatione asperitatem *egris*  
 interiore temperent. quae admodum rursus humorum  
 aspera pomorum dulcibus temperentur; denique ea medici  
 na antiquior. quae herbis curare consuevit & succis. Nec ulla  
 firmiter sanitas quam quae salubribus reformatur alimentis;  
 Unde secundum naturam docemur. quia sola nobis esca medi  
 cina est; herbis certe ulcera aperta clauduntur. herbis  
 curantur interna. ideoque medicorum est opus. herbarum  
 potestates noscere; hinc enim medendi usus inoleuit; Sed  
 ut simplicia pomare uocemus stilum. alia sunt quae cocun  
 tur sole. alia quae testis & corticibus clausa complentur.  
 mala. & pyra. uberarum quoque genera omnia nuda ob  
 iecta sunt soli. nucis autem & nucleae nuculei quoque fruc  
 tus & testa operata & cortice alitur tamen & ipse. calore  
 solis atque nutritur. & quantum pineae densitate nucleus  
 absconditur. quanta deinde domini providentia. ut ubi mollior  
 fructus. ibi folii crassitudo ualidius tegumentum tuendum  
 deferat poma; quod uidemus in fructu ficulneae. delicati  
 ora itaque ualidioribus munienda sunt; Ut & ipse dominus  
 per hieremiam docet & dicens. sicut ficus istas bonas recog  
 noscam; translator iuda quos emisi de loco isto in terram

chal de orū in bona & confirmabo oculos meos super illos  
in bona tamquā delicatus; enim uelut quodam miseris cor  
die suae ualidior; sepsit tegmina ne teneri fructus matu-  
rius interirent; Deniq̄ de ipsis & iam in posterioribus  
dicit. deligati mei ambulauerunt uias asperas; quibus infra  
ait. constan tēs s̄to te filii & proclamate ad d̄m. hoc enī solum  
aduersum omnes procellas atq̄ iniurias. inuolabile  
tegmen in pene trabile munimentum est; ubi ergo tene-  
ri fructus. ibi crassiora tegmina & munimenta filiorum;  
